Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

tres dies: sed die tertia. hes parasceuen: habet sabbatum: usque ad solis occasum. et post sabbatum resurrexit. Cyrillus. Discipuli enim non dum noverant exquisite quae a prophetis praedixerant. Sed postquam resurrexit a mortuis: aperuit eis sensum ut intelligerent scripturas. Unde sequitur. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Beda. Quia enim discipuli eius vitam magis desiderabant: eius mortem audire non poterant. Et quem non solum hominem innocentem sed et deum verum sciebant nullatenus mori posse putabant. Et quem per parabolas eum saepe loquentem audire consueverant: quotiens aliquid de sua passione dicebat. ad aliud allegorice referendum esse credebant. Unde sequitur. Erat autem verbum istud absconditum ab eis et non intelligebant quae dicebantur. Iudaei vero qui in eius necem conspiraverant. quod de sua passione loquebatur dicens in Iohanne. Oportet exaltari filium hominis: intelligebant. Unde dixerunt. Nos audivimus ex lege quia Christus manet in aeternum. et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis. Greg.

in omel.

Factum est autem cum appropinquaret Iericho caecus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam praetereuntem: interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamavit dicens. Iesu fili David miserere mei. Et qui praeibant increpabant eum ut taceret. Ipse vero multo magis clamabat. Fili David miserere mei. Stans autem Iesus

Quia carnales adhuc discipuli non valebant capere verba mysterii: venitur ad miraculum. ante eorum oculos caecus lumen recepit: ut eos ad fidem caelestia facta solidarent. Unde dicitur. Factum est autem cum appropinquaret Iericho caecus quidam sedebat secus viam mendicans. Theophilus. Et ne incessus domini videretur inutilis in via: facit caeca miraculum. hoc documentum discipulis suis dans: ut in omnibus simus proficui et nihil sit nobis otiosum. Aug.

Possent de appropinquantibus ad Iericho sic intelligi ut iam inde egressi dicerentur: tamen ad hunc accedunt ad earum vicinitatem quod dominum usitate dicitur. Sed tamen iudicii posset hoc dictum quoniam de egredientibus eis ab Iericho dicitur illuminatos duos caecos qui iuxta viam sedebant. De uno dicit nulla est quaestio. si alter enim evangelista de uno tacuisset: unius rem insecutus. Nam et Marcus unum commemorat cum et eis egredientibus ab Iericho dicit illuminatum cuius et nomen dixit et patrem. Ut intelligamus eum fuisse potissimum: alterum ignotum. Ut merito ille notus et solus deberet commemoraretur. Sed quod sequitur in evangelio secundum Lucam aptissime ostendit id quod ipse narrat adhuc venientibus eis Iericho factum esse. Nihil aliud restat intelligi nisi bis esse factum hoc miraculum. semel in uno caeco cum adhuc veniret in illam

de quibus emit.

St B L